Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



71

ET FACTVM · E · CVM xxvi
consummasset ihc sermones hos omnes.
dixit discipulis suis.
Scitis quia post biduum pascha fiet. et
filius hominis tradetur ut crucifigatur.
Tunc congregati sunt principes sacerdo
tum. et seniores populi in atrium prin
cipis sacerdotum. qui dicebatur caiphas.
Et consilium fecerunt. ut ihm dolo te
nerent. et occiderent. Dicebant autem; Non in die festo.
Ne forte tumultus fieret in populo.
Cum autem esset ihc in bethania in do
mo symonis leprosi. accessit ad eum
mulier habens alabastrum unguenti
pretiosi. et effudit super caput ipsius re
cumbentis. Uidentes autem discipuli.
indignati sunt dicentes. Vt quid perdi
tio hec. Potuit enim istud uenundari
multo. et dari pauperib;. Sciens aut ihc.